

GRÆCIAE
ANTIQUÆ
DESCRIPTIO GEOGRAPHICA
IN TABULAS (seu CHARTAS ut vocant) ALIQUOT
DISTINCTA,

CUM UTILI ET NECESSARIA EXPLICATIONE ex ANTIQUIS COLLECTA.

Authore NICOLAO SANSON Abbavilloo, Christianissimi Regis Geographo.
Anno MDCXXXVI.



Editio altera profata,

LUTETIAE PARISIORUM,

*Apud P. MOULLART-SANSON, Christianissimi Regis Geographum, in Claustro
S. Nicolai vulgo dicti du Louvre.*

M DCC VIII.

CUM PRIVILEGIO REGIS.



GRÆCIAE
ANTIQUÆ
DESCRIPTIO GEOGRAPHICA
IN TABULAS (seu CHARTAS ut vocant) ALIQUOT
DISTINCTA,

CUM UTILI ET NECESSARIA EXPLICATIONE ex ANTIQUIS COLLECTA.

Authore NICOLAO SANSON Abbavillo, Christianissimi Regis Geographo.
Anno MDCXXXVI.



Editio altera profata,

LUTETIAE PARISIORUM,

*Apud P. MOULLART-SANSON, Christianissimi Regis Geographum, in Claustro
S. Nicolai vulgo dicti du Louvre.*

M DCC VIII.

CUM PRIVILEGIO REGIS.

- I^o. TOTIUS GRÆCIAE ANTIQUÆ TABULÆ METHODICÆ.
 II. GRÆCIAE ANTIQUÆ TABULA GEOGRAPHICA GENERALIS.
 III. GRÆCIA ANTIQUA IN MAORES QUINTAE PARTES DISTINCTA, IN MACEDONIAM
 Sicilicet, THESSALIAM, EPIRUM, ACHAIAM, & PELOPONNESUM.
 IV. MAJORUM QUINTAE PARTIUM GRÆCIAE DISTRIBUTIO in minores Partes seu Po-
 pulos.
 V. GRÆCIAE in PROVINCIAS SEPTEM PARTITIO ad ROMANI IMPERII NOTITIAM AC-
 commodata, ubi MACEDONIA, MACEDONIA SALUTARIS, EPIRUS NOVA, EPIRUS VETUS,
 THESSALIA, ACHAIAM sub qua PELOPONNESUS continetur, & CRETA.
 VI. Tabula in quâ VIA MILITARES delineantur.

PRIVILEGE DU ROY.

LOuis par la grace de Dieu Roi de France & de Navarre, à nos amez & feaux Conseillers les Gens tenans nos Cours de Parlement, Grand Conseil, Requêtes de notre Hôtel, & du Palais, Baillifs, Senéchaux, Prevôts ou leurs Lieutenants, & tous autres nos Justiciers qu'il appartient à; SALUT. Scavoir faisons que notre bieu aimé PIERRE MOULLART SANSON notre Geographe ordinaire Nous a fait remonter que s'étant appliqué à la Geographie, à l'exemple de Nicolas, Guillaume, & Adrien Sanson nos Geographes ordinaires, il a fait plusieurs ouvrages de Geographie dont il a mis une partie au jour, & afin de n'être pas privé du fruit de son travail, de celui de ses ancêtres, & des frais qu'il a fait pour y parvenir, il Nous a fait très-humblement supplier lui vouloir accorder le Privilege de faire graver, imprimer & vendre chez lui les œuvres de Geographie faits & donnés au Public tant par ledit Nicolas Sanson son Ayeul, Guillaume Sanson son Oncle, que par lui, mentionnez dans la liste cy attachée sous le Contre-sel de notre Chancellerie; ensemble ceux qu'il a desdits Sanson qui n'ont pas encore paru, & ceux auxquels il a travaillé & travaille actuellement. Desirant favorablement traiter l'exposant, Nous lui avons permis & accordé, permettons & accordons par ces présentes, comme nous avons ci-devant

permis aisd. Nicolas & Guil. Sanson, de faire graver, imprimer & vendre chez lui toutes les œuvres de Geographie desdits Sanson ses Ayeul & Oncles, énoncées dans la liste imprimée cy, avec les autres pieces attachées sous notre contre-sel, & ceux qui n'ont pas encore paru, même ceux que ledit exposant a composé & compose-ra cy après, & de rediger le tout en un corps en forme d'Atlas, & de les vendre & distribuer séparément & par feuilles pendant l'espace de dix ans, par tout notre Royaume, pays, Terres & Seigneuries de notre obéissance; pendant lequel temps, Nous faisons tres expresses inhibitions & deffenses à tous Graveurs, Imprimeurs & autres personnes de quelque condition qu'elles soient, de graver, imprimer, contrefaire, & imiter en tout ou en partie, vendre & distribuer les susdits ouvrages de Geographie sur peine de confiscation des exemplaires contrefaits, & de trois mille livres d'amende: dont un tiers à l'Hôpital général, un tiers à l'exposant, & l'autre tiers au denonciateur, de tous dépens, dommages, & intérêts, à la charge que ces présentes seront enregistrées tout au long sur le Registre de la Communauté des Libraires de Paris, dans trois mois de ce jour; que l'impression desdits ouvrages, sera faite dans notre Royaume & non ailleurs, conformément aux Reglemens; qu'avant de les mettre en vente il en sera mis deux exemplaires de chaque sujet en notre Bibliothèque, un en celle de notre Cabinet du Louvre, & un en celle de notre tres-cher & feal Chevalier Chancelier de France le Sieur Phelipeaux Comte de Pontchartrain Commandeur de nos Ordres: le tout à peine de nullité de ces présentes, du contenu desquelles vous mandons & enjoignons de faire joüir l'exposant, ou ses ayans cause, pleinement & paisiblement, sans souffrir qu'il leur soit fait aucun trouble ou empêchement; Vouloirs qu'en mettant au commencement ou à la fin de chaque Livre imprimé la copie des présentes, & qu'en mettant seulement au bas de chaque Carte ces mots, Avec Privilege du Roy, du huitième Mars 1704. ces présentes soient tenuées pour bien & duement signifiées, & qu'aux copies d'icelles collationnées par un de nos amez & feaux Conseillers Secrétaires, foi soit ajoutée comme à l'Original, Commandons au premier notre Huissier ou Sergent sur ce requis, de faire pour l'exécution des présentes tous Aides requis & nécessaires, sans qu'il soit besoin d'autre Permission, & nonobstant clamour de Haro, Chartes Normandes, & Lettres à ce contraires; CAR tel est notre plaisir: Donné à Versailles le 8. Mars l'an de grace 1704. & de notre Regne le soixanteunième, Signé HERON.

Registré sur le Livre de la Communauté des Libraires & Imprimeurs de Paris N^o 183. Page 246. conformément aux Reglemens, & notamment à l'Arrêt du Conseil du 13. Août dernier. A Paris le 3. Juin 1704. Signé P. EMERY Syndic.

ERRATA.

Pagina 1. col. 2. linea 33. lego Acrocerauis, Pieris. col. 3. l. 1. ad hoc, lego, sicut & p. 2. col. 2. l. 7. dele præter. l. 32. Emathia adde quæ propriæ Macedonia. l. ante eum. & ut ipsa &c. lego quamvis hæc urbs non magna tamen publicis. p. 3. col. 1. l. 10. post Atintaniam, adde Tymphae p. 23. adde Tymphaeum, Egynium col. 2. l. 32. Atintaniam &c. notandum quid in Tabula Græciae methodicæ, & in schedis ipsius authoris reperiatur urbs celetrum sub Atintaniam. p. 4. col. 2. l. 22. & alibi, lego Eltitacis. p. 5 col. 3. l. 48. post vocant, adde Theſaliæque transuenti. l. 50. dele transuenti. l. 51. lego ventum ad hauc urbem est. l. 55 lego querat. p. 6 l. 19. post stadia, adde Thethiæ autem adjacet l. 20. Theſaliotidi, lego Pelasgiotidi. l. 23. Thessalia, lego abrupto. p. 10. col. 2. l. 66. lego Elætæa. p. 11. col. 2. l. 65. lego Saro-nico. p. 12. col. 3. l. 57. ante chelonates, adde, Aratus. p. 14. col. 2. l. 67. lego. Mediterâniæ: col. 3. l. 41. lego posteri, Danao.

CATALOGUS
TABULARUM
ET ALIQUIT OPERUM

VETERIS GEOGRAPHIÆ,
NICOLAI SANSON, NICOLAI &
GULIELMI, filiorum ejus, Christianissimi
Regis Geographorum.

TABULA Methodi- Galatia cod.
ca ORBIS veterib. Pamphylia & Pisidia.
nois, & ejusdem descrip- Lycaonia.
tio Geog. Authoris N. Mithridatis Regnum.
Sanson. Colchis, Iberia, Albania.
ASIA & Tab. Meth. cod. Assyrorum Imperium.
Asia minor & Tab. cod. Persicum Imperium Au-
Trojanum Regnum. Au-
thore N. Sanson filio.
thore G. Sanson.
Ephagagonia. cod. Indie Partes Septentrion.
Seychia.

AFRICA & Tabula N. S.
Tabula meth. Ægyptis.
EUROPA & Tabula.
Romani imperii Descrip-
tio Geog. aliquot dis-
tincta Tabulis, cum bre-
vi & facilis explicatio-
ne, ex veterum scriptis
collecta, & Tab. method coniens colla-
tionem recentiorum no-
minum cum veteris.
Britannicarum insularum
descriptio Geog. aliquot
distincta tabulis.
Balæa qua & Scandia.
Sarmatia N. S. filio.
Cimmeria seu Scythia Eu-
ropæa & Tab. G. S.
Bosphorus Cimmerius. G.
Pontus Euxinus. N. S.
filio.
Creta insula. G. S.
Tabula expeditionum A-
lexandri magni. N. S.
Gallia ex Casare; Tab.
meth. & liber cui titu-
lus est; les Remarques
sur la carte de Ban-

1a. totius orbis in Bi-
bliis sacris cogniti par-
tes continet. 11. Ter-
ram Promissam, sive fu-
deam. 111. f. C. Salva-
toris nostri & Apost.
Petri & Pauli Itineres
addita suis descriptio
Terra Chanaam, Jesu-
Christi Salvatoris nos-
tri & Apostolorum
Petri & Pauli via
in Epitomen contracta
tum & in omnes eas Ta-
bulas & Descriptiones,
Animadveriones, &
Index Geographicus.
N. Sanfon.
Index Geog. & explica-
tio Regionum. & lo-
corum in tabula Judeæ
descriptorum & N. S.
N. Sanson in illustrissimi
Brienne comitis Itine-
ratum Index Geog. &

Itineris Lomenniani ta-
bula Geographica.
Patriarchatus antiqui &
tres tab. meth. G. S.
In antiquorum Africa
Episcopatum noritiam
& Tabulam à R. P. in
Geographia sacrâ nuper
editam Exercitatio-
nes Geographicæ, in
partes sex distinctæ,
N. Sanfon,
Geographia Synodica G.
Sanfon
Gulielmi Sanson, N. filii
in Geographiam anti-
quam Michaelis Ant.
Baudrand Disquisicio-
nes Geographicæ.

GRÆCIA.

GRÆCIA

GRÆCIA primū angustis contenta est finibus; dein alias atque alias regiones hinc inde amplexa, non tantum eam obtinuit Europæ partem, quæ Illyricum & Thraciam attingens, Adriatico, Africu, & Ægæo pulsatur mari bus; sed & tum Italiæ, Thraciæ, & Asiæ partes aliquas; tum & Cretam insulasque vicinas, in Græcia nomen traxit: coloniasque in Hispaniam, Galliam, Africam, & penè per totam Maris interni, sive Mediterranei (ut vocant) longitudinem, & in Propontidem, & in Pontum Euxinum, quamplurimas deduxit. Verum enim verò nos eam tantum nunc descripturi, quæ communiter & dilucide sub Græciæ nomine ab antiquis intelligitur; totam dividimus in quinque majores partes: Macedoniam scilicet, Thessaliam, Epirum, Achaiam (quæ propriè Græcia,) & Peloponnesum: finesque dabimus ab Oriente, Ægæum Mare; à Meridie, Africum; ab Occidente, Adriaticum; à Septentrione, montes, quibus Macedonia omnis ab Adriatico Mari Ægæum usque incingitur. Montes ipsi quæ Macedoniam ab Illyrico submovent, Scardus sive Scodrus; quæ à Dardania, Orbelus; quæ à Thracia, Pangæus appellantur. Marja, Ægæum, quæ Macedoniam, & Thraciam alluit, speciatim Macedonicum; quæ Thessaliam & Eubœam, Græcum; quæ Achaiam & Peloponnesum, Myrtoum vocatur. Adriaticum, quæ ab Occidente Macedonia tangit, Adriaticum propriè Superum & Interius; quæ Epirum & Achaiam, Ionium, aut Inferum & Exterius; quæ Peloponnesum, Siculum: Africi autem aut Libyci maris pars ea, quæ Peloponnesi oram Australē lambit, Cretici nomen habet; à Creta nimirum insula nobilissima proximè sita. Sic & Siculum à Sicilia, cuius incolæ aliquando Siculi; Ionium aut ab Io, aut ab Ione quodam, qui Iones huc deduxerit; Adriaticum, aut ab Adriâ fl. ut Theopompos, aut ab Adriâ urbe, ut alii putant: sic & Ægæi maris partes, Macedonicum à Macedonia, Græcum à Græcia, Myrtoum ab insula parva haud procul Eubœæ Caristo, aut à Myrtilo Mercurii filio, aut à puella Myrtùs nomine: Ægæum verò mare, aut ab Ægis Eubœæ opido, aut ab Æga monte & Pro-

montorio, quod ad Arginusas insulas, & Lesbum imminet; aut ab insulis, quæ in toto hoc mari disperse, procul eas despicientibus capras, & representant: aut ab insulula quadam (verius scopulum aut saxum dices) nautis maximè dira & pessifera, quæ inter Ceam & Tenum ab Achaia Andrum navigantibus, à dextra parte, & in medio mari repente exilit: ea etenim quod sub specie capræ apparet, capraque æx à Græcis appetetur, hinc universo illi mari quod Græciam, Macedoniam, Thraciam, Asiam, Cretamque interluit nomen quæsum est.

MACEDONIA.

MACEDONIA totius Græciæ penè pars altera, arctiori primū finita limite; mox sensim, & prout suorum fortuna Regum tulit, ampliata; Thraciæque, & Illyriæ bonam partem nacha, antequam in Romanorum potestatem caderet; terminabatur, à Septentrione iisdem quibus tota Græcia montibus; ab Oriente, mari Ægæo quæ Macedonicum; ab Occidente, Adriatico mari quæ Adriaticum propriè appellatur; à Meridie Epiro & Thessalia; montibus Acreroniis, Pieriis, & Candiviis, ut plurimum interjectis. Longitudo ab Apollonia aut Dyrrachio per Thessaloniam Philippos usque est circiter ter centum & quinquaginta millia passuum, latitudo dimidio minor. Æmilius Paulus cum Perseum ultimum Macedonum Regem devicisset, & in Samothracia cepisset, Macedoniam ipsam jam Imperio Rom. subjectam in quatuor divisit regiones. Unam fecit eamque primam, quod agri inter Strymonem & Nessum amnes esset; Bisaltica omni cum Heraclea Sintica additis: secundam Strymone & Axio terminavit, Pæoniæque partem adjecit: tertia pars facta est, quam amnis Axios à Septentrione, Peneus à meridie cingunt, ad occasum, Bora mons, ad ortum, Thermaicus sinus includunt; adjectaque huic regioni Pæoniæ pars altera: quarta regio trans Boram montem, unâ parte confinis est Illyrico, alterâ Epiro. Capita regionum ubi concilia fierent, primæ regionis, Amphipolis; secundæ, Thessalonica; tertiae, Pella; quartæ, Pelagonia facta sunt. Pars prima Bisaltas habet fortissimos viros (ad Strymonem incolunt,) & multas frugum proprietates, & metallæ; & opportunitatem Amphipolis, quæ objecta claudit omnes ab Oriente sole in Macedoniam aditus. Secunda celeberrimas urbes Thessaloniken,

& Cassandriam habet, ad hoc Palenæ fertilemac frugiferam terram; maritimas quoque opportunitates ei præbent portus ad Toronen, & montem Atho; alii ad Thessaliam, & Græciam, alii ad Thraciam, Helleponum; & Asiam opportunè versi. Tertia regio nobiles urbes Ædesiam, & Berrœam & Pellam habet, & Bottæorum bellicos gentes; incolas quoque per multos Gallos, & Illyricos impigros cultores. Quartam regionem Taulantii, Dassaretii, Pelagones incolunt, juncta his, Atintania, Orestis, Stymphalis, & Elymiotis: frigida hæc omnis, duraque cultu, & aspera plaga est; cultorum quoque ingenia terræ similia habet; ferociores eos & accolæ barbari faciunt, nunc bello exercentes, nunc in pace miscentes ritus suos. Primæ autem, & secundæ, & tertiae regionis partes ad Orientem spectant; ubi Strymonicus, Singiticus, Tonnaicus, & Thermaicus sinus sunt in Ægæo mari: quarta regio ad Occidentem, & mare Adriaticum, inter Drilonem fl. & Acroceraunios montes.

Primæ regionis minores sunt partes Edonis, Odomantice, Bisaltia, Sintica. Minorum partium notissimæ urbes, in Edonide, Philippi; in Odomantica, Amphipolis; in Bisaltia, Euporia; in Sintica, Heraclæa. Philippi urbs sita est in præruptoru mulo, tota mejus latitudinem occupans; habet à meridie paludem, quam mare excipit; à Septentrione, & ab Oriente saltus in Pangæo monte, ubi fauces, quæ è Macedonia in Thraciam iter est, ab Occidente campi ad trecenta & quinquaginta stadia patent usque Murcinum. Drabiscumque oppida, & Strimonem fl. ii fertiles admodum & amoeni, Cassii etiam clade nobiles. Urbs ipsa Datoz olim appellata est, & ante etiam Crenides, quod fontes crebri circa tumulum scaturirent: sed Philippus Amyntæ filius eam hominum frequentia amplificatam muniiit, deque suo nomine appellavit: tum quod auri argenteique fodinae celebres in Pangæo annuum mille talentorum redditum afferre possent: quæ opum abundantia Macedoniæ regnum non parum accepit emolumenti. Amphipolis Atheniensium est colonia, ceteraque ejus regionis urbes rerum omnium copia, magnitudine, populique frequentia superat. Primum eam Aristagoras Milesius cum Darium Regem fugeret coloniâ deductâ condere tentavit, sed eo ab Edonis pulso, cæsoque, Athenienses duobus ac triginta post annis, mis-

A

M A C E D O N I A

² sis decem milibus incolarum, locum eundem colonia condendae delegerunt. His iterum à Thracibus apud Drabiscum interfectis, rursum Athenienses cum loci commoditas maximè arrideret, unde tricesimo post anno reversi, Agnone duce, urbem restaurarunt & Amphipoli à situ vocaverunt. Strymon etenim fl. ut circino circumductus penè totam urbem cingit, reliquum spatium quod fluvius intermitit, murus claudit: hinc etiam ostium Strymonis, & Eione urbis navale viginti quinque stadiis tantum distata sunt. Amphipoli & Philippis minores sunt Euporia, & Heraclea cognomento Sintica, hæc tamen altera notior & major.

Regionis secundæ minores sunt partes Amphaxitis, Chalcidica, Paraxia, Mygdonia, Pelagonia, Pœonia pars, Ioria, Orbælia, Almopia. Partium urbes, Almopiae Europus, Orbælia Gariscus, Ioræ Iorum, Pœonia Alorus, Pelagoniae Stobi & Bylazora: Mygdonia Eorda: Paraxia Cassandria, Olynthus Torone; Chalcidica Singus & Acanthus, Amphaxitidis Stagira & Thessalonica. Europus hæc ad Axium fl. dicitur ad differentiam alterius quæ ad Rhoediam. Gariscus, Iorum, Alorus nihil habent peculiare, nisi quod populorum sint capita. Stobi nunc Pelagoniae, nunc Pœonia ab antiquis attribuuntur. Pelagonia etenim, ut & vicina quædam sub Pœonia nomine aliquando comprehenduntur. Dardani cum Pœniam hanc ab Æmilio Paulo Macedonici regni victore repeterent, quod & sua fuisset, & continens esset finibus suis; Paulus concedere renuit: omnibus qui sub Persei regno fuissent tunc sub Rom. Imperio retentis, & libertate donatis. Dardanis autem commercium salis dedit, pretiumque statuit: & tertiaz regioni, ut Stobos Pœoniae devehenter, impetravit. Bylazoram Polybius Pœoniae maximam facit, eamque peropportunè sitam ait à Dardania Macedoniam intrantibus. Cum eam Philippus Persei pater cepisset præsidiumque in ea imposuisset, omnem, quem ex Dardanis Macedoniam incurvantibus, metum conceperat, dissolvit. Eordea ad Begorriterum lacum est, nec fortè longè ab hac, est altera Eordea, Stephanus etenim in Mygdonia duas facit Eordeas. Cassandria in Peninsulâ Pallenes à Cassandro Macedonicum regnum affectante aucta, munita, & nominata, cum ante Potidaea esset: primùm Corinthiorum, postea Atheniensium colonia. Olynthus Chalcidensum Eubœorum colonia,

à Potidaea sexaginta, à Mecyberna qua tamquam navali diu usâ est, vingt stadiis distata; in colle posita Chalcidicæque omnis Macedonicæ longè maxima & celeberrima fuit: à Philippo Amyntæ tandem prodigio capta, famam præterquam in actionibus Demosthenicamisit. Torone Lecytho castello, quasi vertice urbis in mare protenso, angustoque Isthmo seculo, munita, Toronaico sinui nomen dedit. Sic & Singitico sinui Singus nomen communicans, antiquitatis & celebritatis argumentum demonstrat. Acanthus opibus & auctoritate multum pollebat. Stagira Aristotelis natalibus inclita ad Strymonicum est sinum: Philippus eam evertit, restauravit Alexander in Aristotelis gratiam. Thessalonica prius Therme dicta ab aquis, tum in gratiam Thessalonices uxoris Callandri nominata in intimo sinus recessu, qui ab urbis priori nomine Thermaicus appellatur posita est, situque, munitionibus, magnitudine, & pulchritudine tandem cæteras totius Macedoniacæ urbes antecelluit.

In tertia Macedoniacæ regione minores sunt partes Bottiæ, Pieria, Emathia, Brygij, Lyncestis, Pœonia pars, & Æstræi. Urbes autem Bottiæ, Pella, Alorus, Pieræ, Dium; Pydna, Methone, Emathia, Ædessa, & Berrœa; Brygorum Sydra aliis Cydriæ; Lyncestidos Heraclea; Pœonia Doberus; Æstræorum Æstræum. Pellam parvam urbem Philippus auxit, & illustrem reddidit, Alexander Philippi F. eandem regiam sibi constituit: non tantum quod & pater, & ipse in ea nati & educati essent, sed & propter loci naturam. Sita est in tumulo vergente ad Occidentem hibernum; cingunt Paludes inexuperabilis altitudinis æstate & hieme, quas restagnantes faciunt lacus: in ipsa Palude, quæ proxima urbi est, velut insula eminent aggeri operis ingentis imposita, qui & murum sustineat, & humore circumfusæ Paludis nihil lœdatur, muro urbis conjuncta procul videtur. Divisa est intermurali amni, & eadem ponte juncta, ut nec oppugnante externo aditum ab ulla parte habeat, nec si quis ibi inclusus est, ullum nisi per fascillimæ custodiæ pontem effugium. Et Gaza regia eo in loco asservabatur. Alorus Bottiæ, altera ab Aloro Pœonia est, hæc longe in Mediterraneis, illa ad Thermicum sinum posita 70. à Pydna stadiis. Dium abest septem tantum stadiis à Thermaici sinu litote, radicibusque Olympi subjacet, & ut ipsa urbs non magna, ita publicis locis, & multitudine statuarum ex ornata egregieque munita est. Non longè à Dio, prope Pimpleiadem vicum, mulieres Thraciæ Orpheum dilacerasse creduntur; vicesimoque ab oppido, Pierium montem versus, stadio columna erecta est, super impositaque columnæ lapidea urna in qua Orphei ossa condita esse vici ni accolæ dicunt. Pydna in littore jacet, inter Lydii & Haliacmonis fluvii ostia: penes eam in amplissima planicie postremum Macedoniacæ Regum Persea ingenti pugna Æmilius Paulus Romanorum Consul superavit, regnumque Romano Imperio adjecit; in ea etiam Olympias Alexandri magni mater longa obsidione fatigata, cum fugam tentaret, in Cassandri potestate venit, mortique paulo post tradita est. Methone in Pieria tantum quadraginta à Pydna stadiis distata; ea est quam cum ob sideret Philippus Alexandri magni pater altero damnatus est oculo, ictus sagittâ è mænibus ab Astere oppidano emissa, nominibus, & Asteris qui jaculabatur, & Philippi qui petebatur inscriptâ. Ædessa & Berrœa nobilissimæ sunt urbes; Ædessa medio inter Heracleam, Lyncestin & Thessalonicam itinere, Berrœa quæ è Pella in Thessaliam tenditur. Ædessa, & Ægeam duas diversasque facit urbes Ptolemeus, unius ejusdemque urbis diversa tantum esse nomina Justinus ex Trogo demonstrat. Caranus etenim jussus ab Oraculo sedes in Macedonia querere, cum in Emathiam venisset, ipse urbem Ædessam non sentientibus oppidanis, propter imbrum & nebulæ magnitudinem, gregem caprarum imbrum fugientium secutus, occupavit: memor que oraculi, quo etiam jussus erat ducibus capris imperium querere, regni sedem hic statuit, urbemque Ædessam, Ægeam vocavit. In Ægea hæc mos erat sepelire Reges, Perdiccas Carani successor jam senex moriens Ægeo filio monstravit locum, quo condi vellet; ibique non sua tantum, sed etiam succendentium sibi in regnum ossa ponit, præfatusque quo-ad ibi conditæ posteriorum reliquæ forent, regnum in familia mansurum: creduntque hac superstitione extinctam in Alexandro stirpem, quia locum sepulturæ mutasset. Ædessa & Berrœa longè inferiores sunt Sydra aliâs Cydriæ, Heraclea Lyncestis, Doberus aliâs Deborus, & Æstræum, quam Livius ni fallor vocat Asterium, & ejus populos Plinius mutilatè Trienses. Heraclea tamen cognomento Lyncestis iis aliquanto notior, in via Egnatia posita, peneque pari inter Adria-

MACEDONIA:

um & Agæum mare intervallo; nec longè à Candaviis montibus.

Ultra Candavios montes Macedoniae est regio quarta; minores hinc partes, Pelagonia quæ Tripolitis, Deuriops, Penestis, Stymphalis, Parthiæ, Dassaretis, Albania, Eordæ, Taulantii, Elymoticis, Orestis, Atintania. Pelagonia hæc quod tribus constaret urbibus Azoro, Doliche, & Pytheo sive Pistæo, Tripolitis appellatur. Deuriopi est Stymbara; Penestidis Uscana; Stymphalidis Gyrtona; Parthiæorum Eribœa; Dassaretidis Lychnidus, & Antipatris; Albanorum Albanopolis; Eordeæ Scamps; Taulantiorum Epidamnus aliæs Dyrrachium, Apollonia, & Aulon navale; Elymoticis Elymea, & Bullis; Orestidis Amantia utraque, & Celestrum; Atintaniæ....

Azorus, Doliche & Pytheum parres ad famam; ex etenim cum invicem aut conjunctim sub eodem magistratu, & sub iisdem legibus se territoriumque gubernarent, hinc pro Regionis quarta Metropoli Æmilius Paulus Pelagoniam fecit. Stymbarâ alias Stuberâ maximè Perleus usus est, cùm Genatio Illyricorum regi bellum inferret; ex eaque frumentum, & ad oppugnandas urbes apparatum sumpsit; multitudinemque omnem ditorum, quæ aliquoties propuennero exercitum æquabat, Stuberam abduxit, vendiditque. Uscana Penestianæ terræ maxima decem millia civium habuit. Gyrtona, Eribœa, & Albanopolis nihil habent quo commendentur. Lychnidus, & Antipatris aliquanto notiores: Lychnidus ad Lychni, tidem paludem sita est, Romanis que receptaculo fuit cùm Perseum Illyricum devastantem propellere conarentur: Antipatris ad angustas montium fauces situ, moenibus & magnitudine freta; cum Apustii R. legati copias aspernarentur, expugnata, & incensa est. Scamps in via Egnatia est, eoque & ex Dyrrachio, & ex Apollonia, aut Aulone navaliter itinera convenient. Epidamnus urbs magna populoque frequens ad dexteram ex Ionio mari in Adriaticum navigantibus appetet: Coloniam hanc Corcyrae Corinthiis quibusdam locis, & sub Phalio Corinthio duce condiderunt, posteaque Epidamniis ipsis inter se dissidentibus, cum Corcyrae & Corinthii de coloniæ administratione in controviam venissent, & in arma dissident, Atheniensibus Corcyreos, Lacedæmoniis Corinthios adjuvantibus, bellum Peloponnesiacum

incepsum est. Sub Romanorum Imperio Dyrrachium (nam Epidamni nomen ut inauspicatum mutatum est) maximè inclaruit, tunc quod urbs extructa in Peninsulâ cum portu commodissimo mari accubaret, tunc quod brevissimo & facillimo cursu ex Brundusio Italiae in eam trajiceretur. Apollonia Corinthiorum etiam Colonia, optimisque formata legibus, eodem in littore, medio inter Acroceraunos montes & Dyrrachium spatio jacet: ab Aoo fluvio decem, à mari sexaginta stadiis, in Aulona navale usitissimus est à Brundusio, & ex Hydrunte trajectus. Elymea altera ab Elymea Livii est, hæc ad Aliacmonem, illa non longè à Bullide, Bullis ad mare est, Bullidensem coloniam vocat Plinius, oppidanos Bellidenses Cæsar, Bulliones Strabo. Amantia duplex est maritima altera, altera Mediterranea; nec longè à se distantes. Celestrum in Peninsula situm est, lacus mænia cingit, angustis faucibus ex continenti iter est: P. Sulpitius Romanorum Consul, fractis Philippi ad Aoum flumen copiis, Celestries situ ipso fretos, imperiumque abnuentes, ad deditioem compulit. Atintaniæ nondum ullam interveni urbem, ipsa autem Atintania ut & Orestis, priscis temporibus sub Epiro, posterioribus sub Macedonia comprehenduntur.

Macedoniae montes & fluvii sunt quæ ampliores, eosque magna ex parte jam dedimus. Montium verò notissimus est Athos inter Strymonicum & Singiticum sinus, longe ab occasu in Orientem profiliens, & Isthmo duodecim stadiorum continent annexus, quo à Xerxe Persarum Rege perfonso, mons ipse aliquando à continenti abscissus est, & insula factus. Fluviorum nobilissimi sunt Axius, Aliacmon, Strymon, Aous, aliique. Axius è Scodro monte Pæoniam Pelagoniamque præterfluens, Mygdoniamque ab Emathia, & Amphaxitidem à Bottiæa dividens, in sinum Thermaicum fertur. Chidorus initio è Crestonæis sumpto, per medium Mygdoniam in paludem, quæ est supra Axium, evolvitur: hujus aquas exercitu Xerxis potante defecisse auctor est Herodotus. Erigon flumen ex Illyricis gentibus per Pæoniam & Emathiam Axio miscetur. Ludias ex palude ad Pellam fluit, quo adverso centum viginti Stadiorum ad urbem navigatio est. Aliacmon è Candaviis montibus per Emathiam & Pieriam in Thermaicum sinum: Ubi & Phabyrus, alias Baphyrus (nam & pro ο, & pro β, pronunciant Ma-

cedones) è Pieris descendens montibus. Strymon Strymonico sinu nomen dedit; oritur è Pangæo monte. Aous inter montes, quorum alterum Æropum, alterum Asnam incolæ vocant, valle angusta fluens, & iter exiguum super ripam præbens, Philippi clade nobilitatur. Sunt & alii Macedoniæ fluvii, montes, urbes, quæ omnia recensere nimis longum foret. Hæc est Macedonia illa centum quinquaginta populorum felix, terramque imperio potita quondam: hæc sub Alexandro Asiam, Armeaniam, Iberiam, Albaniam, Cappadociam, Syriam, Ægyptum, Taurum, Caucasumque transgressa; hæc in Baætris, Medis, Persis, dominata, toto Oriente possesto, hæc etiam Indiæ viætrix per vestigia Liberi patris, atque Herculis vagata est: hæc eadem est Macedonia, cuius uno die Paulus Æmilius Consul Romanus septuaginta duas urbes direptas vendidit, tantam differentiam fortis præstare duo homines.

THESSALIA.

MACEDONIA ad meridiem adjacet Thessalia, longa ducentorum, lata centum millia passuum: fines habet ab Oriente Ægæum mare, quæ Græcum appellatur, inter Thermaicum sinum & Maliacum, à Penei ostio Thermopylas usque: à Septentrione, ab Occidente, & à meridie, Macedoniam, Epirum & Achiam, Olympo, Pieris & Candaviis montibus, tum Pindo & Oetæis jugis interjectis. In universum olim Pyrrham nuncupatam à Pyrrha Deucalionis uxore, Æmoniam ab Æmone, Thessaliam à Thessalo Æmonis filio, scribit Strabo: ait etiam quosdam in duas partes dividere, quarum altera versus meridiem sita obtigerit forte Deucalioni, & is à matre sua Pandoram denominaverit, altera Æmoni, unde dicta sit Æmonia; Antiphi porro & Philippi, filiorum Thessali, posteros ab Ephyra Thesprotica projectos, huc suos reduxisse, & à Thessalo sui generis auctore nomen Thessaliæ imposuisse: Nesonidem etiam aliquando vocatam à Thessali filio Neson, unde Nesonidi paludi nomen remanerit. Diodorus Siculus lib. 4. Thessaliæ nomen ab Jasonis & Medæ filio deducit, aliorumque sententias aliter sentientium refutare alio loco (qui non extat) pollicetur. Sed & Thessalia ipsa mutatis saepè nominibus, eadem Pelasgicum Argos, eadem Hellas, Dryopis, & Achæa,

A ij

THESSALIA.

4 Regibus semper cognominata: ibi genitus Rex nomine Græcus, à quo Græcia, ibi Hellen, à quo populi Hellenes: hos eosdem Homerus tribus nominibus appellavit Myrmidonas, Hellenas, & Achæos: ceterum communis Thessaliae appellatio omnibus illis populis invalidit, he ad Romanorum quidem tempora oblitterata.

Trojani belli tempestate regionem hanc totam Homerus in ditiones decem distribuit, quibus imperarunt Achilles Pelei filius omnium latissimè, Proteus, Eu-melus, Philoctetes, Podalirius, & Macaon Asclepii filii, Eurytus, Polypoetes, Guneus, Prothous, tum & Phœnix Achillis moderator in Dolopibus. Posterior ætas Thessaliam divisit in quatuor partes: in Pelasgiotidem, Æstiatotidem, Thessaliotidem, & Phthiotidem: quin & quintam aliqui addunt, excerptam ex Pelasgiotide, Magnesiam. Pelasgiotis latus Septentrionale occupat infra Æstiatotidem, inferiori contigua Macedoniæ oram usque Magneticam; Æstiatotis occiduum inter Pindum, & superiorem Macedoniam; Thessaliotis, plana multâ ex parte, Austrinum Phthiotidem usque, Phthiotis reliqua obtinet ad usque Magnesiam; Magnesia vero, pars aliquando Pelasgiotidis, inter Peneum fl. & Pagasicum sinum tota in mare prominet.

Pelasgiotidis urbes sunt Larissa, Scotussa, Atrax, Mallæa, Phacium, & alia ignobiliores: Magnesia Iolcus olim principem locum obtinuit, nunc Demetrias; tum Pheræ, & Melibæa: Æstiatotidis Gomphi, Metropolis, Tricca, Pelinæum; Thessaliotidis Hypata, Cypæra, & Thaumaci: Phthiotidis Heraclea, Lamia, Theba Phthioticæ, Pharsalus.

Larissa totius Thessaliæ urbs nobilissima sita in plano, facilisque aditu, abest à Gonno, ubi Tempus faltus sunt fauces, viginti millibus passuum; dicitur ad Peneum, ad differentiam duarum aliarum ejusdem nominis in Thessalia urbium; quarum altera ad Ossam in Magnetide, altera Cremaste, id est, penitilis cognominatur, in Phthiotide. Scotussam Ptolæmeus Larissæ Occiduum male fecit; cum enim Antiochus ad Pheras obsidendas castra haberet, & ab Larissa cum quingenitis armatis dux Hippolochus Pheras ut præsidium introduceret, mitteretur; hic exclusus aditu, jam omnia itinera obtainientibus regiis, Scotussam se recepit: argumentum Scotussam esse Larissam inter & Pheras. Sic & fla-

minino Proc. & Philippo Maced. Rege à Pheris Larissam versus contendentibus, huic ad dextram est Scotussa, ipsi ad sinistram Pharsalus; Cynocephalis tumulis id est Canum capitibus interpositis: Scotussa ergo à Pheris Larissam petentibus ad dextram est. (Pheræ autem penè inter Demetriadem & Larissam sunt.) Sic & M. Acilio Glabroni ab Larissa Crannonem exercitum moventi Pharsalus, Scotussa, & Pheræ dedunt se: Sic & Agesilaο Spartanο & Macedonia per Thessaliam exercitum reducenti Larissæ, Crannoni, Scotussæ, & Pharsalii impedimento sunt, quod urbes eæ inter se vicinæ. Mallæa ubique Livio in Perræbia est, cuius oppidani non prius Philippo Macedonum Regi urbem suam obsidenti dediderunt se, quam Bœbius Prætor Phacio, Phæsto, Chyretiis, & Phryco capti, copias cum Philippo coniunxisset. Phacium Brasidæ Sparta-no è Thessalia Thraciam petenti inter Apidanum fl. ad Pharsalum & Dium occurrit prope Perræbiam.

Iolcus olim felix & ampla urbs Iolcum litus & Iolcitidem Thessaliæ partem aliquando nominavit: hinc Iason & Argo navis à Pelia sunt dimissi, ut vellus aureum peterent: Sed ea intestinis labefactata seditionibus, & ad Demetriadem condendam assumpta, ut & vicina oppida nihil tandem præter nominis famam retinuit. Demetriadem condidit Demetrius Poliorceta inter Pagasas & Ormenium, vicesimo aut paulo amplius ab utroque stadio, septimo tantum ab Iolco: Deductisque in eam viciniis Neliade, Pagasis, Ormenio, Rhizunte, Sepiade, Olizonte, & Bœbe, urbs magna & propter portus commoditatem ad omnia opportunè versa longo tempore navale fuit Regibus Macedonum: & sub se habuit cum Tempe, cum ambos montes Pelium & Ossam. Etiamque sub Romanis quamquam diminutâ potentiat, tamen ceteris Magnesiaæ urbibus præststit. Cum T. Quinctius Rom. Consul Græcorum & Philippi legatos de pace inter se componenda Romam misisset; Nihil æquè Senatum movit, quam maris terrarumque Græciæ situs demonstratio; ubi omnibus apparuit si Demetriadem in Thessalia, Chalcidem in Eubœa, Corinthum in Peloponeſo Rex teneret, non liberam fore Græciam: Philippumque ipsum, non contumeliosius, quam verius, compedes Græciæ eas urbes appellare. Pheræ penè Larissam inter & Demetriadem, ab hac

plus centum & decem absunt statu dii; ab altera circiter ducentis & quinquaginta; à Pagasas quibus navali usq; est, nonaginta: Terminalis est Pelasgici campi ad Magnetiam, qui ad Pelium usque montem porrigitur stadiis centum sexaginta: Urbs ipsa aliquando ampla, & munita cum Tyrannis suis incrementum & decrementum habuit. Melibæa posita in radicibus Ossa finui adjacet stadiorum ducentorum & amplius; Patria Philoctetis qui cum ex ea ob editionem profugisset Petiliam Lucanorum quondam primariam condidit.

Tricca, Metropolis, Pelinæum, Gomphi quasi in quadrilateri figuram disposita, inter se Ithomen habent oppidum Metropolitanæ ditionis natura munitum, utpote saxis asperis impositum. Apud Triccam Æsculapii templum est nobilissimum & antiquissimum, confine Dolopibus & locis ad Pindum sitis. Metropolis primum è tribus obscuris conflata est oppidulis, postea etiam plura assumpta sunt, quorum etiam Ithome. Pelinæum ad levam Penei ripam Bœbio restitit, Philippo Megalopolitano defendantem, paulo post tamen. M. Acilio Glabroni consuli se dedidit. Gomphi primum Thessaliæ venientibus à Maced. & ab Epiro oppidum, Ambraciæ etiam urbi & Athamanicæ imminent: Cæsar cum ad Dyrrachium cladem accepisset, & in Thessaliam Pompeium elicere conaretur; Gomphos urbem portas claudentem, eodem quo venerat die summâ vi expugnavit, & diripiendam militibus dedit; Metropolis autem portas aperientem diligenter conservavit, quâ Metropolitum fortunâ, cum Gomphenium casu collatâ, nulla fuit Thessaliæ civitas præter Larissam, quæ exercitibus Scipionis tenebatur, quin Cæsari pareret, atque imperata faceret.

Hypata Ænianum urbs est sub Oeta monte, nec longè ab Heraclæa & Maliaco sinu, interius tamen recedens: Thessaliæ primam facit Asinus Apulæ; Heliodorus putat sic dictam, vel quod reliquis urbibus imperaret, vel quod Oeta monti subjaceret: Ætolia, Antiocho etiam tota Græcia pulso, Hypatis aliquandiu restitere, conciliumque in ea frequenter coegere. Cyparam Livius locare videtur Crannonem inter & Metropolim; iisque Antiochò deditis, facile etiam circumiecta oppida ab eo recepta sunt. Thaumaci à Pyli sinuque Maliaco, per Lamiam in planiora Thessaliæ eunti, loco alto siti sunt, ipsis faucibus immittentes.*

* Nota, Benevole Lector, transcendum esse ad page sequentis columnam tertiam, lin. 48. juxta sellam.

THESSALIA.

tum & Phœnix Achillis moderator in Dolopibus. Posterior ætas Thessaliam divisit in quatuor partes: in Pelasgiotidem, Aëstiaætidem, Thessaliotidem, & Phthiotidem: quin & quintam aliqui addunt, excerptam ex Pelasgiotide, Magnesiam. Pelasgiotis latus Septentrionale occupat infra Aëstiaætidem, inferiori contigua Mace-doniæ, oram usque Magneticam; Aëstiaætidem occiduum, inter Pindum, & superiorem Macedoniam; The-saliotis, plana multâ ex parte, Auf-trinum, Phthiotidem usque, Phthio-tis reliqua obtinet ad usque Mag-nesiam; Magnesia verò, pars ali-quando Pelasgiotidis, inter Pe-neum fl. & Pagasicum sinum tota in mare prominet.

Pelasgiotidis urbes sunt Larissa, Scotusia, Atrax, Mallæa, Pha-cium, & aliæ ignobiliores: Magne-sia Iolcus olim principem locum obtinuit, nunc Demetrias; tum Pheræ, & Melibæa: Aëstiaætidis Gomphi, Metropolis, Tricca, Pelinæum; Thessaliotidis Hypata, Cypæra, & Thaumaci: Phthiotidis Heraclea, Lamia, Thebæ Phthio-ticæ, Pharsalus.

Larissa totius Thessaliam urbs nobilissima sita in plano, facilisque aditu, abest à Gonno, ubi Tempe saltus sunt fauces, viginti millibus passuum; dicitur ad Peneum, ad differentiam duarum aliarum ejusdem nominis in Thessalia urbium; quarum altera ad Ossam in Mag-netide, altera Cremaste, id est, peni-lis cognominatur, in Phthiotide. Scotusiam Ptolemaeus Larissæ Occi-duam male fecit; cum etenim Antiochus ad Pheras obsidendas cas-tra haberet, & ab Larissa cum quingentis armatis dux Hippolochus Pheras ut præsidium introduceret, mitteretur; hic exclusus adi-tu, jam omnia itinera obtainientibus regiis, Scotusiam se recepit: argumentum Scotusiam esse Larissam inter & Pheras. Sic & flamino Proc. & Philippo Maced. Rege à Pheris Larissam versus con-tendentibus, huic ad dextram est Scotusia, ipsi ad sinistram Pharsalus; Cynoscephalis tumulis, id est Canum capitibus interpositis: Sco-tusia ergo à Pheris Larissam pe-tentibus ad dextram est. (Pheræ autem penè inter Demetriadem & Larissam sunt.) Sic & M. Acilio Glabriōni ab Larissa Crannonem exercitum moventi Pharsalus, Sco-tusia, & Pheræ dedunt sese: sic & Agesilao Spartano è Macedo-nia per Thessaliam exercitum re-ducenti Larissæ, Crannonii, Sco-tusia, & Pharsalii impedimento sunt, quod urbes eæ inter se vici-nae. Malloea ubique Livio in Per-thæbia est, cuius oppidanî non

prius Philippo Macedonum Regi urbem suam obscienti dediderunt sese, quam Boebius Praetor Pha-cio, Phæsto, Chyretiis, & Phryco captis, copias cum Philippo con-junxisset. Phacium Brasidæ Sparta-no è Thessalia Thraeiam petenti inter Apidanum fl. ad Pharsalam & Dium occurrit prope Perrha-biam.

Iolcus olim felix & ampla urbs Iolcum litus & Iolcidem Thessaliam partem aliquando nominavit: hinc Iason & Argo navis à Pelia sunt dimissi, ut vellus aureum peterent sed ea intestinis labefactata seditionibus, & ad Demetriadem con-dendam assumpta, ut & vicina op-pida, nihil tandem præter nominis famam retinuit. Demetriadem condidit Demetrius Poliorceta in-ter Pagasas & Ormenium, vicesimo aut paulo amplius ab utroque sta-dio, septimo tantum ab Iolco: de-ductisque in eam viciniis Neliade, Pagasis, Ormenio, Rhizunte, Se-piade, Olizonte, & Bœbe, ipsa urbs magna & propter portus commo-ditatem ad omnia opportunè versa, longo tempore navale fuit Regibus Macedonum: & sub se habuit cùm Tempe, rùm ambos montes Pelium & Ossam, etiamque sub Romanis quamquam diminutâ potentâ, ta-men cæteris Magnesiaæ urbibus præststit. Cum T. Quintius Rom. Consul Græcorum & Philippi le-gatos de pace inter se componen-da Romam mississet; nihil æquè Senatum movit, quam maris ter-rarumque Græciæ situs demonstratio: ubi omnibus apparuit si De-metriadem in Thessalia, Chalci-dem in Eubœa, Corinthum in Pe-loponneso Rex teneret, non libe-ram fore Græciam: Philippumque ipsum, non contumeliosius, quam verius, compedes Græciæ eas ur-bes appellare. Pheræ penè Larissam inter & Demetriadem, ab haec plus centum & decem absunt stadiis; ab altera circiter ducentis & quinquaginta: à Pagasis quibus navalí ufa est, nonaginta: Ter-minus est Pelasgici campi ad Magne-siam, qui ad Pelium usque montem porrigitur stadiis centum sexaginta: Urbs ipsa aliquando ampla, & munita cum Tyrannis suis incre-mentum & decrementum habuit. Melibœa posita in radicibus Ossæ sinui adjacet stadiorum ducento-rum & amplius; patria Philoctetis qui cum ex ea ob seditionem profu-gisset, Petiliam Lucanorum quon-dam primariam condidit.

Tricca, Metropolis, Pelinæum, Gomphi quasi in quadrilateri figu-ram disposita, inter se Ithomen ha-bent oppidum Metropolitanæ di-tionis natura munitum, utpote sa-xis asperis impositum. Apud Tric-

cam Aesculapii templum est nobis-simum & antiquissimum, confine Dolopibus & locis ad Pindum sitis. Metropolis primum è tribus obscuris conflata est oppidulis, postea etiam plura assumpta sunt, quorum etiam Ithome. Pelinæum ad levam Penei ripam Bœbio restitit, Phi-lippo Megalopolitano defendantem, paulo post tamen M. Acilio Glabriōni consuli se dedidit. Gomphi primum Thessaliam venientibus à Macedonia & ab Epiro oppidum, Ambraciæ etiam urbi & Athama-niæ imminent: Cæsar cùm ad Dyrachium cladem accepisset, & in Thessaliam Pompeium elicere con-rettur; Gomphos urbem portas clau-dentem, eodem quo venerat die summâ vi expugnavit, & diripiendam militibus dedit; Metropolis autem portas aperientem diligentissimè Conservavit, quâ Metropoli-tum fortunâ, cum Gomphenium ca-su collatâ, nulla fuit Thessaliam civi-tas præter Larissam, quæ exercitibus Scipionis tenebatur, quin Cæsari pareret, atque imperata ficeret.

Hypata Ænianum urbs est sub Oeta monte, nec longè ab Hera-clea & Maliaco sinu, interius ta-men recedens: Thessaliam primam facit Asinus Apulæi; Heliodorus putat sic dictam, vel quod reliquis urbibus imperaret, vel quod Oetæ monti subjaceret: Etoli, Antio-cho etiam tota Græcia pulso, Hy-patis aliquandiu restitere, conci-liumque in ea frequenter coegere. Cyparam Livius locare videtur Crannonem inter & Metropolis iisque Antiocho deditis, facile etiam circumjecta oppida ab eo re-cpta sunt. Thaumaci à Py-lis sinuque Maliaco, per Lamiam in planiora Thessaliam eunti, loco alto siti sunt, ipsis faucibus immi-nentes, quam Coelen vocant: con-fragosa loca, implicataisque flexi-bus vallium vias transeunti, ubi ventum est ad hanc urbem, re-pente velut maris vasti, sic im-mepta panditur planities, utsube-jectos campos terminare oculis haud facilè queas; ab eo miraculo Thaumaci appellati: nec altitudi-ne solum tutâ urbs, sed quod faxo undique abscisso rupibus imposita est.

Heraclea, Trachyne veteri exo-scente, colonia à Lacedæmoniis facta, sub radicibus Oetæ montis in campo posita est; à Thermopylis trigesimo secundo, aut qua-dragesimo abest stadio, à mari vi-cesimo: In quatuor autem sui par-tibus sic se habet, quâ Gymna-sium est, flumine Asopo, quâ ad Diana iter est, amniculo alluitur, quem Melana vocant; quâ ad si-num Maliacum, non facilis est a-ditus; quâ Oetæ appropinquit,

THESSALIA.

Sextra muros arcem suffinet immunitatem loco alto, & undique præcipiti, propeque frequentius, quam urbis ipsa, habitatam: Ager Heracleensis paluster omnis, frequens que proceris arboribus. Lamia septem milliaribus ab Heraclea, & à fl. Sperchio triginta stadiis distans, in tumulo posita, circum viciniam latè despectat; Lamia autem bello inter Antipatrum Macedonem, & Atheniensium Græcorumque ducem Leosthevem maximè inclaruit. Thebæ Phthioticæ urbs sub Crocio campo, à Pyraso navalí suo viginti stadiis distat, à Larissa trecentis; Alo & Pharsalo interpositis: hæc ad ducenta, illa ad centum stadia: Adjacet autem peroppörtunè Magnesiæ, & Thessaliotidi; maximè ei Magnesiæ partit, quam Demetrias & Pheræ obtinent, Thessaliæ vero quam Pharalii & Crannonii Thebas Phthiotides cum aliquando Philippus Persei pater ad deditiōnē compulīset, mutatis colonis, Philippopolim nominavit: Romanorum tamen temporibus non habita nominis novi ratione, antiquum revertentum est. Pharsalus maximè innotuit ob Cæsar's victoriam & Pompei cladem, prælio funestissimo inter urbem hanc & Enipeum fl. facto: campi ubi pugnatum est ab urbe eâ Pharsalici, & aliquando à regione Thessalici nominantur.

Thessalia penè omnis montibus cingitur, media autem regio fertilissima est, & optima, paucis demptis, quæ fluminibus illuntur. Peneus etenim per medianum fluens Thessalam, multosque excipiens amnes, aliquando effunditur in agros; atque antiquitus planitem istam stagno aiunt tectam fuisse, quod & montibus undique includeretur, & loca oræ maritimæ editiora essent campestribus: cum autem terræ motus hiatum fecisset, ubi nunc Tempe, abruptâ ab Olympo Oslâ, (alii Herculem manu, alii Neptunum tridente Olympum & Oslam divulsiſſe ferunt) per eum hiatum Peneus in mare se evolvens, siccandam planiciem præbuit. Oritur Peneus sub Poeo & Pindo montibus, juxta Gomphos; stadiorum mille & quingentorum longus, dimidio ejus spatio navigabilis; inter Olympum & Oslam nemorosa convalle defluens: in eo curlu Tempe vocantur, quiaque M. P. longitudine, & ferme sesqui-jugerî latitudine, ultra visum hominis attollentibus se dextra lœvaque leniter convexis jugis: intus sua luce viridante allabitur Peneus, viridis calculo, amoenus circa ripas gramine, canorus avium concentu: amnes recipit multos, notiores Ionem, Phœ-

nicem, Curalium, Pamisum, Apidanum; Apidanus ipse Enipeum, Enipeus Amphryssum; tūm & Enotum aliis Titaresium, & Onchestum sive Onochonum: Enotum olei modo supernatantem brevi spatio portatum abdicat, poenales aquas, dirisque genitas, argenteis suis misceri recusans. Ad Maliacum sinum fluvii sunt Sperchius, qui Acheloo recepto Lamiam inter & Heracleam labens, Præter Anticyrrham fluit; Dyras, quem conatum ferunt Herculis rogam extingue; Melas, penes Heracleam; Asopus, Phoenice recepto, Heracleam inter & Thermopylas fluit. Montes Olympus, & Ossa Gigantium fabulis celebrantur; Oeta Herculis rogo, & Thermopylarum saltu; Othrys Cæneo ex puella formosissima, in hominem fortissimum & invulnerabilem, mutantato; Pelius Pelei & Thetidis nuptiis. Ferunt etiam Lapithas Othrym & Oslam incoluisse, ut & Centauros Pelium. Pindus longissimo tractu Thessalam ab Epiro, & ab Achaia; iterumque Epirum ab Achaia separat: Hinc etenim ab extremis Thessaliæ finibus, illinc à Leucade, & à mari in occidentem verso, ad alterum mare orienti objectum tendens, ea aspreta, rupesque interjectas habet; ut non modo exercitus, sed ne expediti quidem facile ullos ad transsum calles inveniant: extremos ad orientem montes Oetam vocant, quorum quod altissimum est Callidromon appellatur; in cuius valle ad Maliacum sinum vergente iter est, non latius quam sexaginta passus: hæc una militaris via est, quâ traduci exercitus possint; ideo Pylæ, & ab aliis, quia calidæ aquæ in ipsis faucibus sunt, Thermopylæ locus appellatur; nobilis Lacedæmoniorum adversus Persas morte magis memorabili, quam pugna. Olympus autem tanto vertice attollitur, ut summa ejus cœlum accolæ vocent: Ara est in cacumine Jovi dicata, cuius altaribus, si qua de extis inferuntur; nec diffantur ventis, nec pluviis diluuntur: sed volente altero anno, quæ ibi semel Deo dicata, incorrupta vindicantur: litteræ etiam in cinere scriptæ: usque ad alteram sequentis anni ceremoniam, integræ permanent.

EPIRUS.

MACEDONIAM & Thessalam sequitur Epirus, regio longior multò quam latior; utpote cuius latitudo vix quartam longitudinis partem excedat: ab Oriente Doridem usque in longitudinem ducenta colligit millaria; in la-

titudinem à mari ad Acroceraunios montes, aut ab Acarnania & Ætolia Thessalam usque vix aliquando quinquaginta excedit. Totam Theopompus in quatuordecim partitur gentes: earum nobilissimæ sunt Chaones, Thesproti, & Molossi, propterea quod olim toti Epiro imperaverunt; prius Chaones & Thesproti, post hos Molossi, qui & ob cognationem Regum multa fecerunt incrementa (erant enim ex Æacidarum familia) & ob Dodonæum apud ipsos Oraculum vetustum & celebre. Chaones vero, & Thesproti, & Casopæi oram maritimam tenent, à Cerauniis montibus, ad sinum usque Ambracicum; regionem sanè felicem, navigationeque mille & trecentorum stadiorum longam. In Mediterraneis sunt Molossi, Amphilochi, Agræi, Aperantii, Athamanes, Perrhæbi, Dolopes, Æthices, Paroræi, Tymphæi, tūm Orestæ, Atintanes, forsitanque & alia ignobiliores. Molossi, Amphilochi, Athamanes, & Perrhæbi aliquam sibi etiam apud exteris peperere famam, cæteri vix apud Græcos: cumque ex omnibus exiguæ essent gentes; nunc in Acarnanum, nunc in Ætolorum, nunc in Thessalorum, nunc etiam in Macedonum nomen alia atque alia cessere.

Orestæ quidem & Atintanes ultra Ceraunios montes siti sunt: Epiroticas eas fuisse gentes Thucydides apertè demonstrat, cum Chaones, Thesprotos, Molossos Atintanes, Paroræos, (Antitänas & Paravæos legit) & Orestas conjunxerit ejusdemque generis fecerit: Straboni etiam inter Epirotas censemur: Hecatæo in Europa apud Stephanum, Orestæ sunt Molossica gens; ideoque & Epirotica. Postiores tamen & Orestas & Atintanes, cum jam in Macedonia regnum coauissent, inter Macedones descripserunt. Fertur Orestiadi regioni nomen fecisse Orestes, cum ob matris cædem profugus eam tenuisset, ibique condidisse urbem Argos Oresticum. Tymphæos, Paroræos, Æthices Strabo facit Epirotas; Tymphæos nunc inter Macedones, nunc inter Ætolos Plinius; sed Tympha montem, & Tymphaam urbem Thesproticam Stephanus, ideoque & Epiroticam: Tymphaeorum situs despicitur inter Macedones, Thessalos, & reliquos Epirotas; quod Tymphaeis, & qui sub Pindo sunt Thessalis, de Penei fontibus controversia fit: fontes autem ipsi & Macedonia, & Thessalæ, & Epiro vicini sunt, ad montes Poëum & Pindum. Æthices Stephanus putat in Thessalia

etiam ad Pindum; quamquam, inquit, Æthiciam jacere medianam inter Tymphæam & Athamaniam, Marsyas scriptis. Paroræi sub Tymphaeis sunt, nam è Tympha monte & Paroræis fluit Arachthus. Dolopes, Athamanes, & Perrhæbos Plinius in Ætolia censet, Stephanus in Thessalia, ut & Aperantios; Livius ubique Dolopes, Aperantios, Athamanes, tum & Perrhæbos à Thessalis, & ab Ætolis diversos facit; quamquam aliquando sub eorum imperio contentos: sed Dolopes & Athamanes Strabo & Ptolemæus disertè in Epiro collocant; Perrhæbos quoque Strabo, ut & Isaacius ad Lycophronem: Perrhæbi vero alli sunt in Thessalia, alii in Epiro; qui in Thessalia ii Macedoniae adjacent, ubi Mallæa Perrhæbiæ usque ad Olympum; qui in Epiro ii Athamanæ vicini: utrosque eleganter distinguit Strabo, aitque Perrhæbos cum prius ad mare & Penei orientem habitassent, in mediterranea compulsoſ à Lapithis Ixione & filio ejus Pirithoo: idem accidisse Athamanibus, qui in Dotio campo habitavere; quosdam autem Perrhæborum ad occiduas Olympi partes finitimos Macedonibus permansisse, sed majorem eorum partem, prope ubi nunc Athamanes, & ad Pindum elapsam esse, exiguumque de iis superesse vestigium. Agræi Straboni ubique Ætolica gens, Stephano ex Thucydide Acarnanica. Thucydides non Acarnanicam, sed Acarnanæ tantum confinem facit; Salynthiumque ejus Regem appellat, & Agræos Lacedænoniis Peloponnesiisque amicos demonstrat, cum Acarnanes inimici essent, & ab Eurylocho Spartanorum duce hostiliter poparentur: neque etiam Ætolicam, tum quod Ætolia omnis populari statu gubernaretur, Agræi Regio; tum quod, cum Atheniensium dux Demosthenes bellum Ætolis inferret Acarnanibus adjuvantibus, nulla infertur Agræis injuria, neque ipsi ullam aliis inferunt. Præterea que cum Ambraciota & Peloponnesi à Demosthene & Acarnanibus prælio superati se ad Salynthium Regem, & Agræos receperint; Agræi & Salynthius neutrarum fuisse partium facile despicitur. Amphiliochi etiam quamquam nunc sub Acarnanum, nunc sub Ætolorum imperio facti sunt, eos tamen ab illis diversos faciunt Thucydides, Livius, aliisque. Strabo & Ptolemæus disertè eos Epirotas censent. Sed & Amphylocos, Agræos, Athamanes, & circumvicios aliquot populos, ex ipso etiam Thucydide, sub Epiro conjicerent: forte & Acarnanes, &

Ætolos propterea quod, cum Melissenii Demoithenem Atheniensium ducem impellerent, ut Ætolis bellum inferret: aiebant, si Demosthenes eos superasset, reliquias quoque civitates, quæ in illis erant Epiri partibus, in Atheniensium potestatem facile redigi posse. Et paulo post cum etiam Ambraciota & Eurylocho Spartano Peloponnesium duci peruerterent, ut secum Argos Amphiliochicum, & reliquam Amphiliochiam, & Acarnaniam aggredierentur: simul etiam ipsis dixerunt fore, ut si hæc in potestatem suam redegissent, tota Epirotica gens in Lacedæmoniorum Societatem iret. Hic si non Acarnanes, & Ætolii, saltem civitates iis proximas sub Epiro intelligit Thucydides: eaque nullæ aliae esse possunt, quam Amphilichia, Agræa, Athamania, & quas jam sub Epiro descripsimus. De Acarnanibus, & Ætolis plura suo loco, nunc satis superque dictum sit de iis gentibus, quæ an Epirotici, an alterius sint generis, in controversiam trahi possent. Chao- nes etenim Thesproti, Cassopæi, qui & ipsi Thesproti sunt, & Molossi procul dubio Epirotæ sunt: & quidquid Chaonici, Thesprotici aut Molossici est nominis, id etiam & Epirotici.

Totius Epiri urbes celeberrimæ sunt in Chaonibus Oricum, Antigonea, Phœnices; in Thesprotis Buthrotum, Cichyrus, Ceftria; in Cassopæi Cassope, Nicopolis; in Molossis Ambracia, Passaro; in Amphiliochis Argos Amphiliochicum, in Athamanibus Argitheæ, in reliquis populis si quæ sunt, eaque ignobiles & parum nota. Oricum urbs ad Adriatici fauces, & Ionii maris initium, sub Acrocerauniis montibus, in planitez Hydrunto Italæ opponitur. Antigonenses aliquanti facit Plinius, cum inter Epiri populos eos numeret. Phœnices satis etiam nota quæ ab Aulone Buthrotum iter est: an eadem cum Phanote Livii, & cum Hadrianopoli, cuius concilium Chalcedonense meminit in veteri Epiro, subdubito. Buthrotum in introitu portus Pelodis, id est Cœnosi, locum obtinet ad Peninsulæ formam, nobilitaturque Heleni Trojani sede, & Æneæ appulsi. Cichyrus olim Ephyra super sinum Glycum sedet ad Cocytum fl. qui aquæ insuavissimæ fluit in Acherontem: putat Pausanias Theseum cum Pirithoo expeditiōnem in Thesprotidem fecisse, ut Regis uxorem raperet, exercitus vero magnâ parte amisit, à Thesprotorum rege in vincula ad Cichyrum conjectum. Ceftria Cestrinæ urbs est: Cestrinam

Stephanus vocat Cammaniam, eamdem etiam cum Almena Proleme puto. Cassiope aut Cassope ejusdem est cum Cassopæis nominis, Strabo in Cassopæis Buchetium, paululum supra mare; tum in mediterraneis Elatriam, Pandiam, & Batias memorat. Harporatio, Theopompus, & Demosthenes penè easdem in Cassopæis habent urbes, nullâ Cassopes urbis factâ mentione: an altera ab illis sit Cassope, an aliqua earum; an etiam eæ omnes in unam Cas- sopen contributæ sint, nunc facilius est dicere, quam demonstrare. Nicopolim penè in ostio Ambraciæ sinus ad lœvam Augustus condidit, nomenque dedit à victoria, quæ potitus est, devictis ad fauces sinus navalii pugnâ Antonio & Cleopatrâ Ægypti Reginâ, quæ etiam certamini interfuit. Urbs ea Augusti ætate maximum accepit incrementum, ornamentis quam pluribus è manubiis in eam conlatis agroque amplio & felici colonis dato, tum & circumvicinis urbibus in eam contractis. In suburbio lucus est adornatus ad quinquennale certamen, in luco Gymnasium, & stadium: in tumulo, qui luco imminet templum est Apollinis. Ambracia à Torgo Cypeli Corinthiorum Regis filio, Periandri Ambraciæ aliquando Tyranni patre, condita, aliquantum supra intimum sinus recessum posita est: urbs ipsa qua occidentem spectat, murus vergit in campos & flumen; qua Orientem, arx in tumulo aspero posita est: amnis Arachthus ex Tympha monte, & Paroræis fluens cadit in sinum ab nomine urbis Ambracium appellatum; adversoque amne paucorum stadiorum est ad urbem subiectio. Ambraciam antiquitus fortunâ usam prosperrimâ maximè etiam Pyrrhus exornavit, Epiroticarumque urbium maximam (paulo amplius tria millia passuum in circuitu) & splendidissimam reddidit. Passaro aliquanti apud Livium est pretii: hæc etiam Epiri Rex, & Epiroticus populus quotannis in solemini conventu mutuo se jumento obstringere solebant; ille secundum leges se regnaturum, hic regnum se ei conservaturum. Argos Amphiliochicum ab Alcmæone conditum putat Strabo: Ephorus scribit post Epigonorum (posteri eorum sunt, qui cum Adrasto & Polynice Thebas oppugnabant) ad Thebas expeditionem, Alcmæonem à Diomede invitatum, ad eum in Ætoliam concessisse; inque ea, & Acarnania occupantis se ei socium præbuuisse; cumque ad Trojanum bellum ab Agamemnone invitarentur, Diomede pro-

⁸ sexto, Alcmæonem in Acarnania mansisse, Argosque condidisse; & de fratribus sui nomine Amphilochicum nuncupasse: Inachum etiam amnem, qui per eam fluit regionem ab Argivo amne Inacho denominasse. Thucydides autem affirmit Amphilochum Amphiarae filium post bellum Trojanum domum revertentem, cum Argis in Peloponneso parum res arriderent, in Acarnaniam abiisse; & fraternalis ditionis hereditate potum, urbem hanc sibi cognominem condidisse. Hæc autem urbs omnium in Amphilochiā sitarum maxima est & ditissima: interim & cum Ambraciotas sibi finitos in civitatis communionem accercivissent, ab ipsis, quos receperant, aliquando urbe pulsi, ipsi se Acarnanibus conjunxerunt; Atheniensibusque in auxilium advocatis, Argos viceperunt, & Ambraciotas in ea captos in servitutem abduxerunt. Argitheam Athamanicæ caput facit Livius, cumque Aminander Athamanum Rex, pulso Philippi Macedonum Regis præsidio, regnum Ætolis adjuvantibus recuperasset; Philippus ipse Argitheam ne quicquam tentavit, ibique ab Athamanibus & Ætolis lacestitus, quasi fugiens, eadem quâ venerat viâ recessit. Sunt & aliæ minorum gentium urbes, exque priscis temporibus quamquam & multæ, & exiguae, & ignobiles essent; tamen quia & virtutem colebant, & suum quisque populus Regem, aut suam unaquæque Respublica administrationem haberet, facile & jucundum erat singula accurate describere: nunc cum magna pars regionis sit deserta, urbesque ut plurimæ omni ex parte deleæ, satis sit insigniores demonstrasse. Cerrè devicto Macedonum regno, Æmilius Paulus Epiri civitates, quæ ad Perseum defecissent, prædam exercitiui dedit: oppida circiter septuaginta uno eodemque die capita sunt, muri oppidorum diruti; centum quinquaginta milia capitum in servitutem abducta; ex auro & argento direpto prædata fuit, ut in equitem quadrigeni denarii, peditem ducenti dividarentur.

Montium Epiri notissimi sunt Acroceramii, Pindus, Tomarus, aliisque: de Pindo jam dictum est. Acroceramii Chaoniam ab Orestide & Atintania, aliquandoque Epirum à Macedonia divisere. Sub Tomaro monte centeno fonte nobili Dodona urbs est, ubi oraculum, si quod aliud in tota Græcia, antiquissimum & celeberrimum. Dodonam antiquiores Thesprotis, recentiores Molossis adjudicant; Leucas est posita, colli applicata scilicet nunc his; nunc illis rerum verlo in orientem & Acarnaniam:

in Epiro potitis: aiuntque oracula nunc à quercu, aut fago; nunc à columba, nunc ab hominibus redditæ fuisse, suo jam sæculo id decisis scribit Strabo quemadmodum & alia. Thrasibulus Deucalionem è diluvio servatum, collectis qui supererant hominibus, Dodonam secessisse tradidit: Stephanus dictam ait à Dodona, unâ Oceanitudum Nymphaeum, aut à Dodone Jovis & Europæ filio. Inter Epiri fluvios nihil Acheronte notius, Homero & Poëris eum inferorum fluvium facientibus; ceterum & non longè ab Acheronte Pandosiam urbem esse facile conjecterim; nam & Alexander Molossus à Dodonæ oraculo jussus est Pandosiam urbem, & Acherontem aquam devitare; quamquam ipse, ut procul abesset à Pandosia urbe & Acheronte in Epiro, cum in Italiam trajecisset, in ejusdem nominis urbem & fluvium in Brutiis incidit, & ab oraculo elusus periret.

A C H A I A.

SUB Epiro & Thessalia, meridiem inter & orientem, posita est Achaia, quæ eadem Hellas, & Græcia appellatur; ad orientem Ægæo, ad occidentem Ionio & Siculo pulsatur maribus; ad meridiem hanc ipsam Isthmus Corinthiacus cum Peloponneso conjungit eamdemque Corinthiacus sinus, tum Saronicus ab eadem disparant. Achaicæ partes nobilissimæ sunt Acarnania, Ætolia; Doris, Locris utraque, Phocis, Boeotia, Attica, & Eubœa insula: sed omnium clarissima Attica, tum Boeotia, & Ætolia; eorum populis totius Græciæ principatum aliquando affectantibus.

Initium Græciæ ab occiduis partibus constituant Acarnaniam Ephorus & Strabo; quæ prima Epiroticas attingat nationes, ab sinu Ambracio ad Acheloum porrecta; in ea urbes eminent Stratus, Leucas, Anaëtorium, Oeniadæ. Stratus maxima Acarnaniæ urbs est Thucydidi, validissima Livio, in loco fertili & plano sita est, ad Acheloum fl. quo adverso per ducenta & amplius stadia ad urbem est subvectio. Leucadæ Acarnaniæ caput facit Livius; Leucadiaque (inquit) nunc insula est, vadiso freto; quod perfosum manu, & à continentis divisa, tum peninsula erat, occidentis regione, artis faucibus cohærens Acarnaniæ; quingentos fermè passus longæ fauces erant, latæ haud amplius Dodonam antiquiores Thesprotis, centum & viginti: in his angustiis recentiores Molossis adjudicant; Leucas est posita, colli applicata scilicet nunc his; nunc illis rerum verlo in orientem & Acarnaniam:

ima urbis plana sunt, jacentia ad mare, quo Leucadia ab Acarnania dividitur: inde tamen terra, mari que expugnabilis est: nam & vada sunt stagno similiora, quam mari; & campus terrenus omnis, operique facilis. Leucas ipsa Corinthiorum colonia est, à Cypselo & Gargaso missa, quæ cum totum hoc litus obtinueret, Leucadæ peninsulam, Isthmo perfozzo, in insulam rededit, Nericumque urbem translatam in locum ubi Isthmus fuit, nunc fretum est, ponte instratum Leucadæ denominavit, à Leucata ut putat Strabo: faxum etenim albo colore ante Leucadæ jacet, versus altum mare & Cephaleniam: Saxo autem impositum est Apollinis Leucatæ fanum, & ibidem saltus, quo finiri amores creditum fuit: undeque Sappho desiliisse perhibetur. Anaëtorium in ore Ambraciæ sinus sita, & ab Actio quadraginta stadiis distans, peninsulam occupat; emporiumque fuit ejus, quæ condita est ab Augusto, Nicopoleos. Oeniadæ urbs ad Acheloi ostium sita est; eam fluvius restagnans paludibus circumdat; quo situ freti oppidanæ omnibus etiam Acarnanibus in Atheniensium potestatem deditis, soli ipsi aliquando restitere. Ante Oeniadas jacent Echinades Insulæ complures, asperæ atque steriles, nec procul ab Acheloi ostio; quindecim stadiis, quæ remotissima, quinque quæ proxima; cum ante a longius in alto steterint: sed & limus à fluvio copiose advectus, alias jam continentis conjunxit, alias adjicit. Fertur Alcmæoni Amphiarae filio, quo tempore propter matriscam vagaretur, Apollo oraculum reddidisse, eum non prius terroribus liberatum iri, quæ locum habitandum reperisset, qui, cum matrem interficeret, necedum à sole conspectus, nec tellus fuisset; quod omnem aliam terram, ipse paricidii piaculo polluisset: Amphiaraus ergo cum non paucos annos erravisset, vix tandem animadvertisit hanc Acheloi fluminis alluvionem ab oraculo designatam esse; ibique sedem fixit: & in locis circum Oeniadas sitis regnavit, & ab Acarnane filio regioni nomen impositum reliquit.

Acarnaniæ finitima est & orientalis Ætolia, ab Acheloo fl. Locris usque & ab Athamanibus ad mare & Corinthiacum sinum, quibus à Peloponneso recedit extensa: ipsa etiam in duas divisa partes, altera vetus, altera nova & acquisita est; utramque Eveno fl. dirimente. Urbes in Ætolia Calydon, Pleuron, Naupactus, & Thermus. Calydon & Pleuron quondam eximium totius Græciæ ornamentum,

* Nota, Benevolæ Lector, transcendum esse ad paginæ sequentis columnam tertiam, lin. ultimâ juxta sellam.

nōne invitarentur. Diomedē profecto; Alcmæonē in Acarnania mansisse, Argosque condidisse; & de fratribus sui nomine Amphiliocum nuncupasse: Inachum etiam amnein, qui per eam fluit regiōnem ab Argivo amne Inacho denominasse. Thucydides autem affirmat Amphiliocum Amphiaraī filium post bellum Trojanum domum revertentem, cum Argis in Peloponneso parum res arriderent, in Acarnaniā abiisse; & fraternæ ditionis hæreditate potitum, urbem hanc sibi cognominem condidisse. Hæc autem urbs omnium in Amphiliocia sitarum maxima est & ditissima: interim & cum Ambraciotas sibi finitos in civitatis communionem accercivissent, ab ipsis, quos receperant, aliquando urbe pulsū, ipsi se Acarnanibus conjunxerunt; Atheniensibusque in auxilium advocatis, Argos viceperunt, & Ambraciotas in ea captos in servitutem abduxerunt. Argitheam Athamaniæ caput facit Livius, cumque Aminander Athamanum Rex, pulso Philippi Macedonum Regis præsidio, regnum Ætolis adjuvantibus recuperasset; Philippus ipse Argitheam ne quicquam tentavit, ibique ab Athamanibus & Ætolis lacesitus, quasi fugiens, eadem quâ venerat viâ recessit. Sunt & aliæ minorum gentium urbes, eæque priscis temporibus quamquam & multæ, & exiguae, & ignobiles essent; tamen quia & virtutem colebant, & suum quisque populus Regem, aut suam unaquæque Respublica administrationem haberet, facile & jucundum erat singula accuratè describere: nunc cum magna pars regionis sit deserta, urbesque ut plurimū omni ex parte deleteræ, satis sit insigniores demonstrasse. Certè devicto Macedonum regno, Æmilius Paulus Epiri civitates, quæ ad Perseum defecissent, prædam exercitui dedit: oppida circiter septuaginta uno eodemque die capta sunt, muri oppidorum diruti; centum quinquaginta milia capitum in servitutem abducta; ex auro & argento direpto præda tanta fuit, ut in equitem quadrigeni denarii, peditem ducenti dividenterur.

Montium Epiri notissimi sunt Acrocerauunii, Pindus, Tomarus, aliisque: de Pindo jam dictum est. Acrocerauunii Chaoniam ab Oretide & Atintania, aliquandoque Epirum à Macedonia divisere. Sub Tomaro monte centeno fonte nobili Dodona urbs est, ubi oraculum, si quod aliud in tota Græcia, antiquissimum & celeberrimum,

Dodonam antiquiores Thesprotis, recentiores Molossis adjudicant; scilicet nunc his, nunc illis rerum in Epiro potitis: aiuntque oracula nunc à querco, aut fago; nunc à columba, nunc ab hominibus redditæ fuisse, suo jam sæculo id defecisse scribit Strabo quemadmodum & alia. Thrasibulus Deucalionem è diluvio servatum, collectis qui supererant hominibus, Dodonam secessisse tradidit: Stephanus dictam ait à Dodona, unā Oceanitudum Nymphaeum, aut à Dodone Jovis & Europæ filio. Inter Epiri fluvios nihil Acheronte notius, Homero & Poëtis eum inferorum fluvium facientibus; cæterum & non longè ab Acheronte Pandosiā urbem esse facilè conjecterim; nam & Alexander Molossus à Dodonæo oraculo jussus est Pandosiā urbem, & Acherontem aquam devitare; quamquam ipse, ut procul abesset à Pandosiā urbe & Acheronte in Epiro, cum in Italiam trajecisset, in ejusdem nominis urbem & fluvium in Brutiis incidit, & ab oraculo elusus perevit.

A C H A I A.

SUB Epiro & Theffalia, meridiem inter & orientem, posita est Achaia, quæ eadem Hellas, & Græcia appellatur; ad orientem Ægæo, ad occidentem Ionio & Siculo pulsatur maribus; ad meridiem hanc ipsam Isthmus Corinthiacus cum Peloponneso conjugit eamdemque Corinthiacus sinus, tum Saronicus ab eadem dilparant. Achaiæ partes nobilissimæ sunt Acarnania, Ætolia, Doris, Locris utraque, Phocis, Bœotia, Attica, & Eubœa insula: sed omnium clarissima Attica, tum Bœotia, & Ætolia; earum populis totius Græciae principatum aliquando affectantibus.

Initium Græciæ ab occiduis partibus constitunt Acarnaniā Ephorus & Strabo; quæ prima Epiroticas attingat nationes, ab sinu Ambracio ad Acheloum porrecta; in eâ urbes eminent Stratus, Leucas, Anactorium, Oeniadæ. Stratus maxima Acarnaniæ urbs est Thucydidi, validissima Livio, in loco fertili & plano sita est, ad Acheloum fl. quo adverso per ducenta & amplius stadia ad urbem est subvectio. Leucadem Acarnaniæ caput facit Livius; Leucadiaque (inquit) nunc insulæ est, vadiso freto; quod per fossum manu, & à continenti divisa, tum peninsula erat, occidentis regione, artis fauibus cohærens Acarnaniæ;

quingentos fermè passus longæ fauces erant, latæ haud amplius centum & viginti: in his angustiis Leucas est posita, colli applicata verso in orientem & Acarnaniam: ima urbis plâna sunt, jacentia ad mare, quo Leucadia ab Acarnania dividitur: inde tamen terra, marique expugnabilis est: nam & vada sunt stagno similiora, quam mari; & campus terrentis omnis, operique facilis. Leucas ipsa Corinthiorum colonia est, à Cypselo & Gargaso missa, quæ cum totum hoc litus obtinuerit, Leucadem peninsulam, Isthmo perfozzo, in insulam redigit, Nericumque urbem translatam in locum ubi Isthmus fuit, (nunc fretum est,) ponte instratum Leucadem denominavit, à Leucata ut putat Strabo: saxum etenim albo colore ante Leucadem jacet, versus altum mare & Cephaleniam: saxo autem impositum est Apollinis Leucatae fanum, & ibidem saltus, quo finiri amores creditum fuit: undeque Sappho desiliisse perhibetur. Anactorium in ore Ambracii sinus sita, & ab Actio quadraginta stadiis distans, peninsulam occupat; emporiumque fuit ejus, quæ condita est ab Augusto, Nicopoleos. Oeniadæ urbs ad Acheloi ostium sita est; eam fluvius restagnans paludibus circumdat; quo situ freti oppidanum omnibus etiam Acarnanibus in Atheniensium potestatem deditis, soli ipsi aliquando restitire. Ante Oeniadas jacent Echinades Insulæ complures, asperæ atque steriles, nec procul ab Acheloi ostio; quindecim stadiis, quæ remotissima, quinque quæ proxima; cum antea longius in alto steterint: sed & limus à fluvio copiose advectus, alias jam continentis conjunxit, alias adiicit. Fertur Alcmæoni Amphiaraī filio, quo tempore propter matris cædem vagaretur, Apollo oraculum reddisse, eum non prius terroribus liberatum iri, quam locum habitandum reperisset, qui, cum matrem interficerit, necdum à Sole conspectus, nec tellus fuisset; quod omnem aliam terram, ipse parvicii placido polluisset: Amphiarus ergo cum non paucos annos erravisset, vix tandem animadvertisit hanc Acheloi fluminis alluvionem ab oraculo designatam esse; ibique sedem fixit: & in locis circum Oeniades sitis regnavit, & ab Acarnane filio regioni nomen impositum reliquit.

Acarnaniæ finitima est & orientalis Ætolia, ab Acheloo fl. Locris usque & ab Athamanibus ad mare & Corinthiacum sinum, quibus à Peloponneso recedit, ex. x

A C H A I A.

10
tensa : ipsa etiam in duas divisa partes, altera vetus, altera nova & acquisita est; utramque Eveno & dirimente. Urbes in Aetolia Calydon, Pleuron, Naupactus, & Thermus. Calydon & Pleuron quondam eximium totius Graeciae ornameptum, Strabonis aetate humili sunt conditione: Pleuron ad Evenum, Calydon Pleuronem inter & Naupactum; sed Pleuron loco campetri & fertili, Calydon saxoso & sterili; Aetoliaque vetus Pleuroni, nova sive acquisita Calydoni assignatur. Naupactus Antirrhio vicina est, a navibus ibi compactis appellationem sortita: sive quod ibi classem Heraclidae sint fabricati, sive quod iis priores Locri, quod Ephorus putat. (Tota etenim Aetolia nova & acquisita Locrorum quondam fuit.) Urbs ipsa Corinthiaco sinui insidet, sub Corace monte; etiam Romanorum tempore, habitis in ea frequentibus Aetolicæ gentis conciliis, bene nota. Thermus in colle edito est, loco difficiili, & ab una parte palude, ab altera densissimis sylvis undique circumdata; hic singulis quibusque annis Aetoli quondinas, festa, & comitia celebrabant; cumque locus ob situm quasi totius Aetoliae arx videretur; huc etiam pretiosissima quæque deferebant, ædesque suas maxime adornabant: sed Philippus, pro Achæis contra Aetolos bellum gerens, omnia evertit; armis, quæ erant ultra quindecim millia, e porticibus sublati, templis demolitis, ornamentiis dejectis, statuis ultra duo millia eversis aut fractis; reliquisque omnibus aut asportatis, aut incendio absuntis.

Doris tota Mediterannea est; regio aspera, & montibus Parnasso, Oeta, & Pindo pressa, antiquissimaque Dorum patria: a Doro Deucalionis aut Hellenis filio sic dicta. Hanc alii tripolim, alii tetrapolim faciunt; sed neque, quæ sunt ex urbes, satis inter eos convenit; eas tamen Bœcum, Cytinium, & Erineum, tum & Pindum colligere est: quæ quondam licet non magna, tamen, aliquo in pretio fuere; donec bello Phocensi, & armis Macedonum, Aetolorumque ita afflictæ sunt; ut mirum videri possit ad Romanos aliqua earum pervenisse vestigia.

Locris duplex est, altera occidentalis, altera Orientalis, tota Phocide inter utramque intercurrente: Orientalis Eubœæ Euripo, & Malico sinui adjacet; occidentalis Corinthiaco. Illius populi alii ab Opunte urbe primaria, Opuntii dicuntur, Phocensibus &

Bœotis contermini; alii Epicnemidiæ à monte Cnemide, Oetaeis & Malienibus contigui: alterius autem populi simpliciter Ozolæ, & in publico sigillo habent insculptum Hesperum. Occidux hujus Locridis urbs maxima & nobilissima est Amphissa, non sexaginta tantum ut Aeschines orator, sed centum & viginti, ut Paulianas ait, stadiis, a Delphis in Phocide distans: multis ea est operibus exornata, sed omnium quæ memoriae commendentur dignissima, Amphissæ monimentum, item & Andromonis: Amphissam à Maccareo Aetoli filio genitam Apollo adamavit, urbique ab ea nomen inditum est. Amphissenses autem cum aliquando Cirrhaeos Apollini sacratos campos ausi essent irruptione factâ occupare, & culturæ subjicere; ab Amphictionibus multati sunt, agerque Deo redditus.

Opus quindecim à mari, & à navigi suo sexaginta abest stadiis: navale est Cynus promontorio simum terminans Opuntium, qui est circiter stadiorum quadraginta. Inter Opuntem & Cynum est planities felix. Opunte natum fuisse patroclum Homerus tradit, unde quod Aenæis cædem per imprudentiam perpetratam ad Peleum profugerit, patre Menœtio in patria remanente: & promiserat Achilles Patroclum se Menœtio Opuntem reducturum, bello Trojano finito: non autem Menœtius Rex fuit Opuntiorum, sed Ajax Locrus. Cnemides non magnum, sed natura munitum est oppidum, ad Cnemidem montem: hinc & urbi, & Locris Epicnemidiis nomen.

Utramque Locridem Phocis interjacet, a Thessalia ad sinum usque Corinthiacum extensa; & à Doride, ad Bœotiam. Locris autem Epicnemidiorum & Opuntiorum, tum Bœotia ad orientem sunt, Doris & Locris Ozolarum ad occidentem, ad Septentrionem Thessalia, ad meridiem Crissæs sive Corinthiacus sinus: quin & aliquando Daphnuntis portus inter Opuntios, & Epicnemidios situs, Phocidis fuit. Regioni nomen est à Phoco quodam, sive is Aaci & Plammathe, sive Neptuni & Pronoes Asopi filiæ filius fuerit; alii ab hujus nominis Rege, alii à Phoco Corinthio Ornythionis filio nomen deducunt. Phocidis urbes sunt quamplurimæ: omnium nobilissimæ sunt duæ Delphi, & Elatæa. Delphi, quod templum Apollinis Pythii, & oraculum vetustum, & exteris etiam notissimum habeat; Elatæa quod omnium in istis par-

tibus urbium maxima est, & optimæ à monte Cnemide, Oetaeis & Malienibus portuissimè sita, in ipsis fauibus; ut qui eâ potiatur, aditus in Phocidem & Bœotiam suæ faciat poststatis. Quamquam vero Delphis majorem famæ partem templum, & oraculum comparaverint; attamen & situs ipse loci non nihil contulit. Delphi urbs ferè sita est in medio totius Graeciae, quin etiam & in medio totius orbis terrarum jacere quidam censerunt, terræque umbilicum dixerunt: tantamque ob Delphorum opportunitatem, cum facile è maximè è vicinia conventum fuit, tum Amphictyonum etiam collegium institutum; quod & de publicis rebus consultaret, & templi communem procurationem sustineret, pecuniis & donariis ibi depositis, accurata custodia & sanctimonia, indigenibus. Ferunt tamen & Gallos, Duce Brenno, & Phocenses, aliquæ templi hujus thesauros explasse; sed & hos omnes in maximas incidisse ob id calamitates. Urbs ipsa loco est saxoso, Theatri in modum assurgente, in cujus vertice templum est, & templi septum, urbem despiciens, stadiorum 16. ambitu, supra templum oppidanæ ipsi antiquitus Lycoream incolebant, nunc sub ipso templo ad Castalium fontem. Elatæa urbium Phocidis maxima est, Homero tamen non nota, ut pote post ejus ætatem condita: opportunè admodum ea sita est, adversus impressiones quæ è Thessalia, Locris de Epicnemidiorum, & Bœotia fieri possint: Primum etenim sunt Oetae montes, deinde Locris, & Phocensium, non ubique pervii exercitibus; sed transitus habent arctos, & suis inclusos terminis. Hanc situs commoditatem etiam Demosthenes expressit, narrans tumultum subito Athenis ortum, cum ad Prytanes nuncius venisset, referens Elatæam à Philippo Amyntæ Macedonum rege esse captam; quod & circumvicos omnes populos in maximum terrorem conjecisset. Romani etiam Elatæam ob situs commoditatem pluris fecere, quam Delphos: in eaque saepius hiberna habuere. Cæterum Delphi à Delpho Neptuni, Elatæa ab Elato Arcadis & Eratûs, filio nomen habent.

Bœotia totius Achææ sive Graeciae regio populissima, feracissima, & maxima, nullique frequentia insignium urbium inferior, ab Euripo sive mari Euboico ad sinum Corinthiacum extensa; terminatur à Septentrione & ab occidente Opuntiis Locris, & Phocensibus, à meridie Atticâ;

est consumptus. iam **A**ianas Imperatorem, etrumque violati numinis peccatis tuis; Caio, à milite, cui thesseram obsecnam per ludibrium dare solebat, occiso; Nerone, in matris & uxorem cædem, & in amores impuros & nefarios polluto. Platæa propè Asopum fl. nec longè à Cytherone monte sita est nomen habet à Platæa Asopi Regis filia; evenit autem ut Platæa propter societatem, quam cum Athenis inierat, bis excinderetur. Bello etenim Peloponnesiaco Lacedæmonii Platæam obsederunt, muroque dupli ita cinxerunt; ut oppidani, qui aufugere non potuerunt, ditionem facere coacti sint, & neçati: Platæam aliquanto post restauratam Thebani sub Neocle, qui tum summum in Bœotis magistratum gerebat iterum cepero; sed oppidanis tunc astu ab urbe exclusis; excidii utrumque genus varium planè ac diversum; Platæensium autem supersticium eadem in patriam redditus causa fuit; vicinorum scilicet in Thebanos odium: Primum quidem, pace ab Antalcida Spartano & Artaxerxe Persarum Rege factâ, Atheniensibus in odium Thebanorum, Platæenses in patriam reducentibus; postremo vero & feliciori omne, cum Philippus viceret ad Cheronæam partâ, Thebisque præsidio imposito, omnia ad Thebanorum perniciem molitus, etiam Platæenses in pristinas sedes reduxit. Tanagra ad Asopum fl. quadragesimo tantum distat stadio à Delii portu; urbis suæ primordia Tanagræ Poemandro accepta referunt, aiuntque Pamandrum in matrimonio habuisse Tanagram Æoli, vel (ut Corinna versibus mandavit) Asopi filiam, ex qua urbi Tanagræ nomen: Tanagram autem eo ætatis procecerit, ut ipsa à vicinis quibusque Græa id est Anus, & urbs etiam Græa sit appellata; quo & Homerus utitur nomine; interjecto tamen tempore pristinum Tanagræ nomen restitutum.

Achææ five Græciæ totius Attica est orientalissima, Bœotia tantum contigua Septentriōnem Inter & occidentem, & Peloponnesi Isthmo annexa, qua Megaris Corinthiacum agrum attingit; reliqua ex omni parte mari alluitur, Myrtoo quæ Eubœam inspectat, Soronicu quæ Peloponnesum; longitudo à Pagis in Corinthiaco finu ad Sunium promontorium est circiter septingentorum stadiorum, latitudo vix aliquando ducentorum, etiam hujus spectandi gratia Thespiae urbs perebatur. Cupidinem hunc Caius Caligula Romanam transfutus; Thespias remisit. Claudio, Nero Romam reporta- aut paulo amplius. Regio omnis subaspéra, & crebris montibus asurgens; populorum tamen ingeniis imperii gloriæque avidissimis felicissima. Quondam in quatuor partes divisa est, quibus Agæus, Lycus, Pallas, & Nisus Pandionidæ imperavere; Nisus peculiariiter Megaridi. Antea etiam sub Cecrope; cum Cares à mari, & terra Bœoti (qui tunc Aones) Atticam popularerunt, multitudo omnis in duodecim urbes composta est; quarum nomina sunt Cecropia, Tetrapolis, Epacria, Decelea, Eleusis, Aphydna, Thoricus, Brauron, Cytherus, Sphe-tus, Cephissia, Phalerus. Eas deinde duodecim urbes in unam urbem Athenas contraxit Theseus; quo sanè tempore Athenæ factæ sunt amplissimæ, eademque postea præsertim partâ libertate, in eum crevère modum, ut magnitudine, opibus, ornamenti reliquas omnes Græciæ urbes facile superarent; deque Græcorum omnium imperio diu cum Lacedæmonie decertarent. Sed Athenæ ipse ut ait Plinius nullius indigent prætorio, tanta urbis superfluit claritas; sa- tius ergo de ea silere, quam pauca dicere: distant à Sunio promontorio trecentis triginta, à Pagis trecentis sexaginta stadiis, à Phalerio portu viginti, à Piræo quadragesinta, à Munychia circiter totidem. Phalerus primus fuit Athénarum portus, quod proximus urbi: at postquam Themistocles summæ rerum præfuit, quod multo opportuniorem Piræum videret cum pro unico Phaleri, Pyræi triplex esset portus, in eo navale exercitavit. Munychium etiam Athénarum navale fuit. Post Athenas in Attica sunt Megara, Eleusis, Marathon, Oropus, aliæque sed omnes Athenis & magnitudine, & opibus, & rerum gestarum gloriâ longissimæ inferiores. Megara in Megaride urbs egregia, & magna, à litore octodécim stadiis recedit, cum Nisæa portu & emporio suo duobus longis muris velut cruribus conjuncta; quamquam ipsa Atticæ pars sit, & primum ab Ionibus habitata, tandem in Dorienium potestatem venit; abolitaque est, que Iones à Peloponneso distinguebat, columna. Megara autem nomen primum fuit Nisa, à Niso Rege, quem Scylla filia, purpureo eoque fatali capillo privatum, Minoi tradidit. Eleusis facta Cereris, & occultis ejus sacris nota, medio jacet itinere Megaram inter & Athenas. Marathon caput est Terrapoleos Atticæ, Persarum clade & trophaeis Miltiadis nobilitata. Oropus inter-

A C H A I A:

¹² Bœotiam & Atticam Euripo insidiatur, eaque inter utramque regionem controversi juris fuit.

Eubœa insula secundum Atticæ, Bœotæ, & Locridis oram extensa, longa est mille & ducentorum stadiorum, lata centum quinquaginta, & aliquando plurium; à continenti freto disjuncta viginti quatuor stadiorum ubi Chalcis, viginti tantum ubi Cnemis in continenti, & Cenæum promontorium in insula. Pluribus appellata est nominibus, inter quæ Macris, quod longior multo quam latior, tribus autem promontoriis expositatur, Cenæo ad occidentem & Malacum sinum: Albo sive Geræsto, ad meridiem & Atticam, ad orientem & Ægæum mare Caphareo. Urbibus claret Chalcide & Eretria. Chalcis urbum totius hujus insulæ princeps ad Euripum & Euripi fretum posita est, ubi & aliquando pons continentem & insulam conjunxit. Urbs hæc Atheniensium colonia, colonias in Macedonia & in Siciliam plures emisit. Eretria Euboicarum urbum post Chalcidem maxima, eodem quo Chalcis tempore, ab Atheniis profecti; ille Eretriam, hic Chalcidem incolis frequentavit: eaque urbes majorem in modum auctæ sunt, quo tempore Hippoboræ Rempublicam tenuerunt. Cumque Alexander in Asiam traxerit, Chalcidenes murum auxerunt, & intra urbem Canethum & Euripum receperunt; pontique turres, murum, & portas impo- fuerunt.

In tota Achaiâ montes sunt plures, iisque à Poëtis cantatissimi: inter eos eminent Parnassus, Helicon, Cytheron, Hymettus. Parnassus plurimâ ex parte Phocidis est, & à Delphorum vicina regione usque ad concursum Oetæ, montiumque Ætoliorum, & Dorienium extenditur, Locros Ozolas ab oriente attingens: totus mons sacer est, habetque specus & alia loca, quæ religiosé coluntur; de quibus notissimum est, ac pulcherrimum Corycium antrum Nympharum: sunt & in gemino montis vertice duo templæ, alterum Apollini & Dianæ, alterum Baccho dicatum est; & Phyxii Jovis templum, ubi Deucalion delatus post diluvium, egressus arcâ, Jovi sacrificavit. Helicon aliqua ex parte Phocidis plurima Bœotia est, altitudine & ambitu Parnasso respondet; habet fanum & lucum Musarum, Hippocrenen do-

fontem, quem unguilâ isto quod suberat pedibus saxo Pegasus fecit, tum & antrum Libethridum Nympharum. Cytheron Bœotiam ab Attica dividit, initium sumens non longè à Corinthiaco sinu, & cum Megaricis & Atticis montibus conexus, in campestria flectitur loca, non longè à Thebis finiens, sacer est Libero patri: in eo monte Tiresias ex mare in femellam, septimoque post anno, rursus ex femellâ in mare mutatus est; contentioneque aliquando Jovem inter & Junonem orta, virine a fœminæ majorem ex venere voluptatem caperent; Jove fœminas, Junone viros dicere volentibus, Tiresias quod utrumque expertus esset, judex tantæ rei factus, cum pro Jove sententiam tulisset, à Junone excæcatus, à Jove in oculorum perditorum compensationem, vaticinandi arte donatus est. Hy- mettus mons Atticæ est, ex eo pulcherrimum marmor effoditur, optimum mel colligitur, & quidquid ad Medicinam utile est; ideoque huic meritò & jure principatum inter alios tribui ait Solinus. Parnasso monti Parnassus Cleodora Nymphæ & Neptuni filius nomen dedit. Heliconi & Cytheroni Helicon & Citheron fratres; ille quieti, hic ita vafri ingenii, usq; consilio Jovem etiam adjuvarit: aiunt etenim Junonem aliquando Jovi iratam (incertum quæ de causa) in Eubœam secessisse, Jovemque cum eam placare non posset, ad Citheronem qui tunc Platænibus imperaret, descendisse: Jovem etiam Citheronis monitu simulachrum è ligno fabricasse, vestimentisque ornatum plaustrum imposuisse, atque in vulgus prodidisse, eam esse Asopi filiam Jovi despontam: Junonem ergo, cum id ad aures suas pervenisset, illino accurisse, facileque in gratiam cum Jove rediisse.

Quod ad flumina Achaiæ pertinet, Achelous ex Pindo per Epulum inter Acarnaniam & Ætoliam fluit. Evenus inter veterem & novam Ætoliam, Cephissus per Phocidem & Bœotiam in Euripi Euboici superiorem, Ismenus & Asopus in inferiorem partem labuntur. Ilissus, & Cephissus alter in Saronicum sinum. Hercules cum Acheloo pugnasse dicitur, quod fluvium hunc vitiosè fluentem, & utriusque regionis terminos sape confundentem, aggeribus & aqueductibus compescuerit. Ad Evenum Nessus Centaurus, portitor loci constitutus, ab Hercule fuit occisus, cum in transvehendendo Dejaniram violare conaretur.

Cephissus è Lilæa ortus, serpentis more per Elatæam, Parapotamiam, Panopeam, Cheronæam in Copaidem tive Cephissitidem lacum fluit & à Copaidæ lacu egressus, hiatu terræ amni alveum subterraneum per triginta stadia aperiente, non longè à Larymna Locridis erumpit, penesque Larymnam Bœoticam in mare exit. Ismenus & Asopus per planitem feruntur, quæ est ante Thebas & Platæam: hic Mardonium & trecenta millia Persarum Græcus delevit exercitus; ideoque & sepulturâ publica suos in pugna cæsos cohonestarunt, & templo Jovis Eleutherii, à libertate parta dicti, condito, certamen gymnicum instituerunt. Ilissus & Cephissus alter Atticus memorabiles sunt, quod penes Athenas; cum alijs torrentis plerumque in morem fluant, & æstate penè deficiant: Ilissi fontem in Phædro celebrat Plato. Athenenses vero Boream penes Ilissum ludentem Orithyiam rapuisse, matrimonioque sibi adjunxisse memorant; ob eamque cum ipsis affinitatem, ipsum multas Persarum triremes derisserisse, aliasque non semel auxiliū fibi tulisse credunt.

PELOPONNESUS.

